Bulla Innocentij pape·viij·reuocationis ꝛ reductionis facultatum reſignandi beneficia·

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruoꝛum dei Ad perpe
tuam rei memoꝛiam·Sicut bonus paſtoꝛ ſuper familiam domus
ſue ſolerter inuigilans ſic pꝛouidere ſicqʒ diligenter debet attende
re qđ inoꝛdinata ꝛ indiſpoſita ſiqua inuenerit in eadem ſubmota
difficultate reducat pariter ꝛ refoꝛmet· ſic nõnunq̃ decet ꝛ expe
dit Romanum pontificem in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit
ꝛ cuius in factis per eum circa beneficia eccleſiaſtica gratijs adeo
eſt ſeruandus intentionis affectus vt in cõtrarium acta nullius
exiſtant firmitatis ne beneficia hmõi abſqʒ canonico titulo deti
neri contingat circa gratias ipſas pꝛo ſue circumſpectionis indu
ſtria votiue declarationis modificationis ꝛ reuocationis adhibe
re remedium ꝛ pꝛout expedire cognoſcit deſuper ſalubꝛiter pꝛoui
dere·Sane ſicut accepimus nõnulli obtenta per eos a ſede apoſto
lica licentia reſignandi beneficia eccleſiaſtica per eos pꝛo tempoꝛe
obtenta extra Ro·cu·in oꝛdinarioꝝ locoꝝ aut in dignitate eccleſia
ſtica ꝯſtitutarũ perſonaꝝ ſeu cathedralium eccleſiarũ canonicoꝝ
per eos eligendoꝝ manibus ſimpliciter vel ex cauſa permutatiõis
ac eiſdem oꝛdinarijs perſonis ꝛ canonicis reſignationes ipſas ab
eis ꝛ ꝑſonis compermutantibꝰ ſeu ſimpliciter reſignare volenti-
bus extra dictam curiam recipiendi ꝛ admittendi:ac reſignata be
neficia per compermutantes ſeu ſimpliciter reſignantes ipſis li-
centiam habentibꝰ ꝛ per eos ex dicta cauſa compermutantibus
hmõi:ſimpliciter vero idoneis ꝑſonis conferendi ꝯceſſa facultate
abutẽtes nõnunq̃ licentie ꝛ facultatis hmõi pretextu extra ꝛ pꝛo
pe vꝛbem vel alium locũ in quo Ro·curiam reſidere contingit:reſi
gnationes beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ que obtinent ſimpliciter vel ex
dicta cauſa pꝛo alijs beneficijs eccleſiaſticis in manibus ꝑſonaꝝ
in pꝛelaturis ꝛ eccleſiaſticis dignitatibꝰ conſtitutarũ aut canoni-
catus ꝛ pꝛebendas in cathedralibꝰ eccleſiis obtinentium in dicta
curia reſidentium ad id extra muros vꝛbis ꝛ loci hmõi propterea
ſtudioſe ductarũ faciunt:ꝛ ab illis de ſic reſignatis beneficijs ex
dicta cauſa eis ꝛ compermutantibꝰ ꝛ ſimpliciter ꝑſonis alijs re-
ſpectiue pꝛouiſiones fieri pꝛocurant· Quandoqʒ vero vt volentibꝰ
ſua beneficia eccleſiaſtica reſignare ad finem vt de illis ꝑſone eis
grate pꝛouideatur:vel duobus inuicem ꝑmutare volentibus com
placeant ꝛ faciant qđ illi mediantibus hmõi licentijs ꝛ facultati
bus quod querunt obtineant indirecte tam pꝛope locũ dicte curie

q̃ꝫ extra in partibus in quibus degunt: fingunt ſe aliqua ꝑſepe te
nuiſſime et etiā ficta beneficia eccleſiaſtica ⁊ que nonnunq̃ tales
perſone eis conferre procurāt ad effectum huiuſmodi ex cauſa per
mutationis cum eiſdem perſonis pro illis beneficijs que perſone
ille volunt ad alios peruenire reſignare virtute licentie ⁊ faculta-
tū eorundem ⁊ ſic de his que ipſi habentes licentiā huiuſmodi re-
ſignant beneficijs ex dictis cauſis perſonis illis quoꝝ opera non-
nunq̃ vt prefertur ea habuerunt et quibus complacere ſtudēt de
alijs beneficijs que ſic fraudulenter compermutātes ipſi reſignāt
vt tandem ad alios perueniant ipſis licentiam et facultatem hu-
iuſmodi habentibꝰ prouidetur: factaqꝫ ſic hincinde prouiſione pre
dicta collata eiſdem licentiam habentibus beneficia in permuta
tione huiuſmodi interdum illico illorum poſſeſſione non habita:
et nonnunq̃ putātes cautius agere infra paucos dies habita vel
non habita poſſeſſione huiuſmodi in his in quibus ex dicta cauſa
permutationem fecerunt: vel alterius perſone manibus ſimplici-
ter reſignant vt de illis prouideatur perſonis illis quibus proui-
deri intendebant illi qui ex dicta cauſa illa prius reſignauerāt vt
prefertur: vel illa ex cauſa permutationis cum illo cum quo com-
permutans primo permutare intendebat reſignant pro beneficio
quod primo permutans affectabat habere. et completa permuta
tione ſecunda per quam primi permutantis beneficium in illum
cum quo permutare volebat peruenit denuo poſſeſſione etiā non
habita collatum ipſi facultatem habenti in ſecunda permutatio
ne beneficium ex cauſa permutationis cum primo permutāte pro
illo quod ipſemet facultatem habens in prima permutatione re-
ſignauerat beneficio primo permutāti collato reſignat: et ſic in hu
iuſmodi tertio loco facta permutatione quod primo dimiſerāt pro
prium beneficium recuperant: et illi primo compermutanti cuius
beneficium per eum dimiſſum in prima permutatiōe peruenerat
ad ſecundo permutantem in ſecunda permutatione confertur in
huiuſmodi tertia permutatione dimiſſum per dictum ſecūdo per
mutantem beneficium in ſecunda permutatione: et ſic duo quorū
nullus licentiam obtinet permutādi propria beneficia per huiuſ-
modi tres permutationes et earum circuitum ſucceſſiue factum
modo predicto inuicem permutant pretextu licentie et facultatis
predicte. et quod deterius eſt pro earundem facultatum vſu mo-
do predicto illas habentes premia exigunt nonnunq̃ ab eiſdem
in quorum fauores illis vtuntur. alieqꝫ diuerſe fraudes cōmittun
tur in animarum periculum ⁊ apoſtolice auctoritatis contemptū

ad ſcandalum plurimorum. Quidam vero licentijs ⁊ facultatibꝰ huiuſmodi quoad beneficia que obtinēt diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſeruata non contenti vt plenius alijs valeant inſeruire litteras licentie et facultatis huiuſmodi cum clauſula etiam ſi compermutantium ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſignantium beneficia eccleſiaſtica diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſeruata exiſtat a ſede prefata obtinere hactenus procurarunt et procurant indies. et quanꝗ̄ illi in quorum manibus ſimpliciter reſignarunt beneficia huiuſmodi dictarum facultatum ꝑtextu iuxta litterarum deſuper confectarum teneantur et debeant de nōibus ⁊ cognominibus bñficiorum ſic reſignatoꝝ et perſonaꝝ quibꝰ illa contulerint ac diebus collationum eorundem gentes camere apoſtolice aut collectorē vel ſuccollectorē fructuū et prouentuū eiuſdē camere debitoꝝ in partibus illis certificare: tamen id facere pſ̄pe obmittūt in eiuſdem camere non modicum preiudicium et grauamen. Nos igitur hmōi fraudibus ⁊ abuſionibus obuiare volētes hac imperpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus et ordinamꝰ pretextu licentiarum ⁊ facultatum huiuſmodi per nos hactenus et ſedem predictam conceſſarum et quas concedi continget impoſterum nil valide de cetero fieri poſſe in aliquo loco ab eo in quo nos et pro tempore exiſtentem Romanum pōtificem curiā ſuam tenere contigerit loco per duas dietas legales non diſtante ⁊ eas reſignationes licentiaꝝ hmōi vigore extra dictam curiam ꝑ duas dietas hmōi fieri cenſeri que duntaxat in locis ab eadē diſtantibꝰ ad minus per duas dietas hmōi fieri continget: et nō illas que in locis minus diſtantibus fierent in futurum. Quodqꝫ nullus huiuſmodi licētijs ⁊ facultatibus cōceſſis ⁊ concedēdis a nobis et ſede predicta qñcunqꝫ impoſteꝝ vlla tenꝰ vti valeat: niſi dum ⁊ quādo beneficia eccleſiaſtica que obtinet ſimpliciter vel ex cauſa permutationis vere ⁊ non ad aliorum cōmodum ficte reſignare intēdit. Contra faciētes vero tam infra duas dietas ab vrbe etiā vere ꝗ̄ extra illas ficte ⁊ in fraudē reſignātes: ⁊ perſone reſignationes hmōi recipientes ⁊ admittētes ac notarij inde rogāti ⁊ teſtes interueniētes eiſdē fictionis ⁊ fraudis nō ignari: ſi ep̄i et ſuperiores interdicti ingreſſus eccleſie: ſi vero alij ab eiſdē fuerint excōis ſententiā eoipſo incurrāt. Decernētes per reſignatiōes ipſas quas ſic contra ſtatutum ⁊ ordinationem hmōi fieri ꝯtingeret in reſignātium penam bñficia reſignata vacare: collatiōes vero que fient de eiſdē pretextu facultatū predictaꝝ nullius eſſe roboris vel momēti ⁊ haberi debere prorſus pro infectis. Et ꝑſumātur reſignatiōes

hmōi ficte ⁊ nō vere fieri ſi illi qui hmōi facultates habent ⁊ pſo-
ne compermutātes cum eis ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſi
gnantes reſignata per eos beneficia per quatuor menſes ante re-
ſignationes ipſas pacifice nō poſſederint. vel ſi ipſi reſignantes in
fra menſem poſt reſignationes ipſas morte preuenti fuerint. ſi ta
men tempore reſignationū ſeu permutationum eorundem infir-
mi erāt ea infirmitate de qua deceſſerint. Reuocamus quoqȝ oēs
⁊ ſingulas licentias ⁊ facultates hmōi obtentas a nobis ⁊ ſede
predicta ad beneficia compermutantium ſeu ſimpliciter in fauo-
rem habentium facultates hmōi reſignantium diſpoſitioni apo-
ſtolice generaliter reſeruata vel ex generali reſeruatione affecta. ⁊
quo ad illa nolumus eas decetero cuiqꝫ ſuffragari. Et ſi forſan in
futurū ſic concederentur quo ad compermutantium ſeu ſimplici-
ter in fauorem hmōi facultates impetrantium reſignantium be-
neficia reſeruata vel affecta nullius eſſe roboris vel momenti. Et
ſi licentiarum hmōi vigore tam ex dicta cauſa ꝗ ſimpliciter reſi-
gnantes beneficia eccleſiaſtica quecunqȝ ⁊ qualiacunqȝ cum cura
⁊ ſine cura quorum fructus redditus ⁊ prouētus vigintiquatuor
floreñ. auri de camera ſe. com. ex. va. an. excederent: etiam ſi ex di-
cta cauſa reſignata forent: inequales tamen illorum fructus red-
ditus ⁊ prouentus hmōi exiſterent: vel recipientes ⁊ admittentes
reſignationes ipſas gentes camere apoſtolice prefate aut collecto
rem vel ſuccollectorem predictos de diebus collationum quas fe-
cerint ac nominibus ⁊ cognominibus beneficiorum ⁊ perſonarū
quibus illa contulerint ſimpliciter vel inequalitate fructuum red
dituum ⁊ prouentuum ſubſiſtente etiam ex dicta cauſa ꝗuis ine-
qualitas predicta ad dictam ſummā vigintiquatuor librarum nō
aſcenderet nō certificauerint infra vnum: ſi citra infra tres men-
ſes a die collationum eorundem. Si vltra montes reſignationes
ipſas fieri contigerit beneficia ipſa ſic collata vacare cenſeantur
eoipſo ⁊ vt vacantia poſſint libere conferri. Et ne vtentes licentijs
⁊ facultatibus hmōi valeant premiſſorum ignorantiam allegare
volumus hmōi conſtitutionem noſtram in audientia litterarum
contradictarum publicari ⁊ Cancellaria apoſtolica deſcribi: ⁊ pre
ſentes in curia extunc: abſentes vero ab eadem poſt duos menſes
a die publicationis hmōi ligari. Et in litteris licentiarum hmōi
clauſulam per quam iniungitur collatoribus onus certificationis
predicte iniunctionem ipſam iuxta preſentis conſtitutōnis ſeriem
decetero per eos qui earum expeditione vacant oportune cum pre
fixione termini predicti ⁊ de cetero vacationis predicte ſi non cer-

tificent ampliari· non obſtantibus litteris licentiarum huiuſmo-
di ac alijs conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis contra-
rijs q̄buſcunqȝ· Et ne de premiſſis valeat ignorantia allegari vo-
lumus qd̄ venerabilis frater noſter Rodericus Ep̃us Portuen̄·
ſancte Romane eccleſie vicecancellarius pñtes litteras in quin-
terno Cancellarie deſcribi: ⁊ ſuper premiſſis pro quolibet petente
lr̃as duplicatas de curia per eandē Cancellariam expediri faciat
etiam ſub data tunc currenti valentes: que quo ad hoc ſub ſingu
lis datis ſub quibus litteras ipſas duplicatas contigerit expediri
preſentes littere cenſeantur innouate: ⁊ in illis contenta totiens
quotiens ſub alia data duplicabuntur ſub illa a nobis emanari·
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorū ſta
tuti· ordinationis· conſtitutionis ⁊ voluntatis infringere vel ei au
ſu temerario contraire· Siquis autem hoc attemptare preſumpſe
rit indignationem omnipotentis dei ac beatoꝝ Petri ⁊ Pauli
apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum· Datum Rome apud ſan
ctum Petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoqua-
dringenteſimononageſimoprimo Quinto kalend̄· Octobris Pon
tificatus noſtri Anno Octauo·

Lecta ⁊ publicata fuit ſuprascripta bulla ſiue conſtitutio Rome
in Cancellaria apoſtolica die Iouis ſexta menſis Octobris Anno
Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimononageſi-
moprimo Pontificatus Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ domini no-
ſtri dñi Innocentij diuina prouidentia pape Octaui Anno· viij·

Bulla contra impedientes litteras apoſtolicas·

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorū dei· Ad perpe-
tuam rei memoriam· Officij noſtri debitum quo ſumus vniuerſis
noſtre cure creditis in iuſticia debitores exigit ⁊ ad hoc potiſſimū
nos inducit vt huius ſancte ſedis apoſtolice auctoritatem ⁊ hono
rem preſeruemus ac oportune prouiſionis remedia etiam adhibea
mus per que ius ſuum quiſqȝ conſequi valeat ⁊ iuſticiam exquiſi-
tis vijs ⁊ a canonibus damnatis modis conculcare ſatagentium
malitijs obuietur: tranſgreſſoreſqȝ debitis afficiantur penis vt a
ſimilibꝰ abſtinere diſcant: ⁊ alij ſi nõ virtutis amore ⁊ iuſticie çelo
inducti ſaltem formidine pene ꝑterriti talia cõmittere non preſu-
mant· Sane multorū clamoribus ⁊ fidedignoꝝ relatione nõ ſine
mentis noſtre perturbatione accepimus qd̄ ſepiſſime contingit ⁊

quodammodo in quandam conſuetudinē ſeu potius abuſum de-
ductum eſt: vt cum aliqui ad Romanam curiam ad quā vtpote
cōmunem omnium patriam ex omnib⁹ mundi partibus conflu-
ere ſoliti ſunt pro iuſtitie complemēto in cauſis potiſſime ad forū
eccleſiaſticū pertinentib⁹ conſequendo accedunt ⁊ cauſas in eadē
curia palatij apoſtolici cauſaꝝ auditorib⁹ ſeu alijs iudicibus con-
tra eorum aduerſarios committi et citationes ad partes vt moris
eſt ⁊ ſtili antiquitus in eadem curia obſeruati exiſtit decerni obti
nuerunt hi contra quos hmōi citationes executioni mandari de-
bent ad iudicia ſecularia ⁊ alias vetitu principeſqꝫ et potentatus
ſeculares recurſum habētes tam ꝑſonis ſic agentibus ꝙ notarijs
publicis ⁊ alijs etiam quādoqꝫ curſoribus noſtris hmōi citatiōes
exequi volētibus per principes ſeu iudices et officiales ſeculares
hmōi ſub formidabilib⁹ penis inhiberi ⁊ precipi procurāt ⁊ faciūt
ne illas exequātur ⁊ vt iam factas executiones reuocēt ſeu ſaltem
etiam iuramēto aſtringi qḋ de executionibus hmōi relatiōes non
faciēt: aliaſqꝫ ne hmōi executiōes fiant diuerſimode impediunt: et
quandoqꝫ clerici quibus in bñficijs eccleſiaſticis ius cōpetit bene-
ficia ipa ad ſuoꝝ aduerſariorū inſtantiā reſignare ⁊ illa ius nullū
habentibus dimittere cōpellantur. Notarij vero ſeu tabelliones
publice ⁊ alie ꝑſone eccleſiaſtice plus tpalem ꝙ eternā penam me
tuentes de hmōi citationū executionibus ⁊ inhibitiōibus ſeu im
pedimētis circa illas preſtitis etiā in virtute per eos in ipſoꝝ cre-
atione ad notariatus ſiue tabellionatus officiū preſtiti iuramēti:
ab his quorū intereſt requiſiti metu penarū tpalium hmōi inſtru
menta publica deſuper conficere et in publicam formam tradere
aut de his ſe rogatos facere nō audēt: ex quo iuſtitia perit: ſeu ſal
tem retardatur. bñficiaqꝫ eccleſiaſtica multotiēs abſqꝫ titulo ca-
nonico detinētur occupata. mandata vero apoſtolica ꝯtemnūtur
et auctoritas ſedis predicte vileſcit libertaſqꝫ eccleſiaſtica cōculca
tur. Nos igitur cupiētes quantū cū deo poſſumus huic morbo ne
vlterius inualeſcat opportunā medelā adhibere auctoritate apo-
ſtolica hac nr̄a ꝑpetuo valitura cōſtitutione ſtatuimus et ordina
mus qḋ oēs ⁊ ſingule ꝑſone eccleſiaſtice tā ſeculares ꝙ regulares
cuiuſcunqꝫ dignitatis ſtatus gradus ⁊ ꝑeminētie ſeu ordinis ex-
iſtāt ꝯtra quas in eadē curia cauſe que in illa tractari ꝯſueuerunt
ſeu poſſunt de iure vel conſuetudine cōmiſſe ſunt: vel in futurum
tam per appellationē ſeu deuolutionem ad illā aut alias quōlibꝫ
cōmittentur: ⁊ que citationes hmōi in vim cōmiſſionū apoſtolica
rum decretas vel decernēdas aut quecuis alia mādata ſeu reſcri-

pta apoſtolica iuſtitiam vel gratiã concernẽtes quominus iuxta
illoꝝ tenorem executioni demandẽtur per ſe vel aliũ ſeu alios di-
recte vel indirecte quouis queſito colore impedire aut impediri ſeu
clericis vt bñficia eccleſiaſtica renuntiẽt aut iuri ſibi in illis com-
petẽti cedãt vel vt a proſecutiõe cauſaꝝ ⁊ iuriũ hmõi deſiſtãt mã-
dari facere pſumpſerũt aut pro illis impediẽdis ⁊ renũtiandis ad
principes vel officiales ſeculares publice vel occulte per ſe vel ali
um quouis queſito colore recurſum habuerint cauſam perdant et
omne ius tã in petitorio q̃ȝ poſſeſſorio in re vel ad rem de qua agi
tur eis ꝯpetens eoipſo amittant ⁊ ad ipa beneficia ſic renuntiata
obtinendũ inhabiles exiſtãt. Alie vero pſone eccleſiaſtice ſeu etiaȝ
ſeculares quas cauſa hmõi non tangit executionẽ citationum hu
iuſmodi aut alioꝝ quorumcunqȝ mandatoꝝ ſeu reſcriptoꝝ ⁊ pro-
uiſionũ apoſtolicoꝝ vt pmittitur impedientes aut impedimentis
hmõi auxiliũ conſiliũ vel fauorẽ publice vel occulte directe vel in-
directe pſtantes cuiuſcũqȝ ꝯditiõis vel peminentie exiſtant ſniãm
excõis eoipſo incurrãt: a qua pterq̃ȝ in mortis articulo conſtituti ⁊
ſatiſfactiõe preuia ab alio q̃ȝ a Romano põtifice pro tpe exiſtente
et canonice intrante abſolutionis beneficium nequeant obtinere.
Notarij vero ſiue tabelliones publici predicti qui de executionib'
citationum ⁊ mandatoꝝ ac prouiſionũ hmõi faciẽdis aut quomi
nus fiant inhibitionibus requiſiti fuerint inſtrumẽta publica de
ſuper ad inſtantiã intereſſe habentiũ ſeu intereſſe ptendentiũ ſa-
tiſfacto tamẽ eis de congruo ſalario conficere recuſauerint piurij
reatum incurrant: ac executionem officij tabellionatus amittant:
fiantqȝ infames eoipſo ⁊ eoꝝ inſtrumentis ſiue ſcripturis publicis
poſtmodũ per eos ſup rogitib' poſtea factis ꝯficiendis donec ab
hmõi reatu periurij abſolutionem ⁊ infamie abſterſionem obtinu
erint nulla fides in iudicio vel extra adhibeatur. Et vt hmõi ꝯſti
tutio ⁊ ſtatutum ad ſingulorum notitiam deducantur: vniuerſis
locoꝝ ordinarijs in virtute ſancte obedientie pcipimus et manda
mus quatenus conſtitutionẽ ⁊ ſtatutũ noſtra hmõi per ſe vel ali
um ſeu alios in eoꝝ eccleſijs vel ciuitatib' publicent ſeu publicari
ac ꝯſtitutiõis ⁊ ſtatuti hmõi copiã in eccleſiaꝝ cathedralium val
uis ita q̃d veriſimiliter ad ſinguloꝝ notitiã peruenire valeant affigi
faciãt. Necnõ pro tpe exiſtẽti curie cauſaꝝ camere apoſtolice gene
rali auditori vt inſtante procurator fiſci noſtri et ſucceſſoꝝ noſtro
rum Romanoꝝ põtificũ contra oẽs ⁊ ſingulos etiã qualitercunqȝ
prerogatiuatos quos pdictas ſentẽtias ⁊ penas ſibi incurriſſe con
ſtiterit eiſdẽ ſentẽtijs et penis illaqueatos tãdiu publice nuntiet

⁊ faciat ab alijs nuntiari ac vt excōmunicatos ab omnibꝰ artius
euitari. Et nihilominus legitimis per eum deſuper habendis ſer/
uatis proceſſibꝰ ſententias ⁊ penas prefatas iteratis vicibus ag/
grauare auctoritate apoſtolica procuret donec ipſi ſic excōicati ab/
ſolutionis beneficicium ſatiſfactione preuia meruerint obtinere.
Volumus aūt ꝯſtitutionem ⁊ ſtatutū hmōi in Cancellaria apo/
ſtolica publicari ⁊ in Quinterno Cancellarie predicte inter alias
ibidem deſcriptas conſtitutiones annotari ⁊ deſcribi: ac poſt duos
menſes a die publicationis hmōi computandos oēs abſentes pre
ſentes vero in eadem curia poſt diem publicationis hmōi artare:
ac omnibus petentibus dari ⁊ concedi eo modo quo alie conſtitu
tiones de curia concedi conſueuerunt nō obſtantibus conſtitutio
nibus ⁊ ordinationibꝰ apoſtolicis contrarijs qbuſcunqȝ. Aut ſi ali
quibus cōmuniter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum qđ in/
terdici ſuſpendi vel excōmunicari nō poſſint per lr̄as apoſtolicas
nō facientes plenā ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbum de indul/
to hmōi mentionem: quod quidem indultum decernimus eis qua
cunque auctoritate muniti ſint in hoc aliqualiter ſuffragari non
poſſe quominus huiuſmodi ſententijs ⁊ penis ſubiaceant. Nulli
ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti or/
dinationis precepti mandati voluntatis ⁊ decreti infringere vel ei
auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſum
pſerit indignationem omnipotentis dei ac beatoꝝ Petri ⁊ Pau
li apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud
ſanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoqua
dringenteſimononageſimoprimo Octauo kalen̄d. februarij Pon
tificatus noſtri Anno Octauo :.

Lecta ⁊ publicata fuit ſuprascripta bulla ſiue conſtitutio Rome
in Cancellaria apoſtolica die vltima menſis Januarij Anno In/
carnationis dominice. M.cccc.xci. Pontificatus Sanctiſſimi in
xp̄o patris ⁊ domini noſtri dn̄i Innocētij diuina prouidētia pape
Octaui Anno Octauo.

Eucharius Silber: alias franck: impreſſit.